

A Item ingredi festinent. Est omnino exemplum huius loci præclarum, & diligentissima obserua-  
tione dignum. Habebant Israëlitarum terræ huius promissionem, etiam iureiurando firmatam. Tule-  
rant in Ægypto quadringentorum annorum miserabilem ac durissimam seruitutem. Clamauerat  
ad Dominum tribulati, afflictati & oppressi. Acceperat liberatorem Moysen: per quem magnis ac  
stupendis portetis, terribilissimisque Ægyptiorum plagis fuerant erepti, ex Ægypto educti, per ma-  
re rubrum sicco pede transmissi, idque numero magno ac ferè innumerabili: & tamen incredulita-  
tis vitio, ubi iam ad ipsam promissæ terræ acquisitionem ventum erat, seipsi tanta requie ita priuas-  
runt, ut ex omni numero tantæ multitudinis duo tantum ingressu terræ huius potiti sint. Verè &  
hic impletum est dictum illud Christi: Multi vocati, pauci electi. Sit nobis hoc exemplum docu-  
mento, quàm non sit multitudini in causis fidei, quantumuis illa magna & innumerabilis sit, fiden-  
dum. Deinde, quàm non satis sit è seruitute Antichristiani Pharaonis liberatum esse, nisi vera ac  
sincera fide sempiternæ quietis ingressu potiamur.

PSALMVS XCVI.

ARGVMENTVM PSALMI.

**P**ropheticus est hic Psalmus. Vocat ad laudandum, celebrandum, adorandum & colendum Deum  
non modo Israël, sed & vniuersas totius Orbis nationes: quod facit à primo versu vsq; ad 11. Trib.  
postremis versib. Psalmum vaticinio de regno Christi claudit, vnde etiã apparet, quod ad tempus illud  
regni Christi spiritus Prophetæ in eo prospiciat, quod vniuersa terrã & cunctas gètes ad cultum Dei inuitat.



ANTATE Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra.

2. Cantate Domino, benedicite nomini eius: euangelizate de die in diem salutem eius. VERS. I.

3. Narrate in gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius.

4. Quoniam magnus Dominus & laudatus valde, & terribilis ipse su-  
per omnes deos.

5. Quoniam omnes dii populorum simulachra sunt, & Dominus cælos fecit.

6. Decor & splendor coram eo, potentia & gloria in sanctuario eius.

7. Date Domino familie populorum, date Domino gloriam & potentiam.

8. Date Domino gloriam nominis eius, tollite munus & venite in atria eius.

9. Adorate Dominum in splendore sanctuarij, pavete coram eo omnis terra.

10. Dicite in gentibus, Dominus regnat: etiam firmatus est Orbis, non mouebitur, iu-  
dicabit populos in æquitatibus.

11. Latabuntur cæli & exultabit terra: perstrepet mare & plenitudo eius.

12. Exultabit ager & quicquid in eo est: tunc ouabunt omnia ligna sylvæ.

13. Ante faciem Domini, quoniam venit, quoniam venit ad iudicandum terram, iu-  
dicabit Orbem in iustitia & populos in fide sua.

Quoniam omnes dii gentium simulachra sunt. ] Ebr. אֱלֹהֵי אֲדָמָה quam dictionem iam nihil & vanitatem, iam **LECTIO.**  
dæmonium, iam simulachrum reddunt. Græcus vertit δαιμόνια, quem sequitur & vulg. Lat. Chald. Idola Vers. 5.  
Hieron. Sculptilia: sicut & Felix Prat.

Decor, &c. ] Ebr. הדר וחדר לפני עזרת פארה במקדש. Græc. sic: ἱεροσολόγῃσι καὶ ἰσχυροῦσι ἐν ἁγίῳ αὐ- Vers. 6.  
τοῦ ἀγίου αὐτοῦ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ. Vulg. Lat. Confessio & pulchritudo in conspectu eius sanctimonia & magnificentia,  
&c. Hieron. Gloria & decor ante vultum eius, fortitudo & exultatio. Felix sic: Confessio & decor in conspectu eius,  
fortitudo & gloria, &c. 1. Par. 16. legitur: עזרת פארה במקדש: id est, Potentia & letitia in loco eius.

Date Domino familie. ] Ebr. הבי ליהוה משפחה. Græc. ἐνέγκασθε τὸ λυεῖν αἰ πατρίω. Vulg. Lat. Afferte Do- Vers. 7.  
mino patria. Hieron. Afferte Domino familie. Felix: Afferte Domino stirpes populorum.

Date Domino gloriam & potentiam. ] Ebr. בברודעו. Græc. δόξα καὶ τιμὴ. Vulg. Lat. Gloriam & honorem.  
Hieron. Gloriam & fortitudinem. Sic & Felix.

Tollite munus. ] Ebr. שאר מנחה. Græc. ἀρᾶν θυσίας. Vulg. Lat. Tollite hostias. Hieron. Leuate munera. Vers. 8.  
In splendore sanctuarij. ] Ebr. בחדר קדש. Græc. ἐν ἁγίῳ ἁγίῳ αὐτοῦ. Vulg. Lat. In atrio sancto eius. Hieron. Vers. 9.  
In decore sanctuarij. Felix: In decore sanctitatis.

Pauete coram eo. ] Ebr. אחזרת קדש. Græc. σαλῶσθε ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Vulg. Lat. Commoueat a facie eius.  
Hieron. Pauet a facie eius. Felix: Pauet a conspectu eius.

Etiã firmatus est Orbis. ] Ebr. אס תכון האל. Græc. καὶ ἔδωκεν ἰσχυρὰ τὸ οἶκον μου. Vulg. Lat. Etenim cor- Vers. 10.  
rexit Orbem. Felix nobiscum legit: Etiã firmatus est Orbis.

Latibuntur cæli. ] Ebr. ישמחו השמים. Græc. ἀσφραγίσθησαν. Vulg. Lat. Latentur. Hieron. Latamini cæ- Vers. 11.  
li. Felix: Latentur cæli.

Perstrepet mare. ] Ebr. ירעם הים. Græc. σαλευθήτω. Vulg. Lat. Commoueat. Hieron. Tonet mare. Felix: Vers. 12.  
Tumultuetur mare.

Exultabit ager. ] Ebr. יעלה. Græc. χαρησθήσονται τὰ πεδία. Vulg. Lat. Gaudebunt campi. Hieron. Gaudeat ager. Vers. 12.  
Felix: Iocundetur ager.

Nihil